

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes  
aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Disputationis Primae Hujus Partis Regulae Quatuor Priores, emendatae  
atque auctae ab Ipso Beato Auctore

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

## DISPUTATIONIS PRIME

Hujus Partis

## REGULÆ QUATUOR

OR PRIORES,

emendatæ atque auctæ

ab

IPSO BEATO AUCTORE.

## PROOEMIUM.

POTUERAMUS in explicatione Regularum Philosophicarum, quæ propter generalitatem suam in omnibus disciplinis & facultatibus insignem & nunquam satis deprecandum præbent usum, eas sine ullò ordine, ut quæque se obtulerit, adducere, aut literarum alphabeti seriem sequi, visum tamen fuit, secundum materiam diversitatē præscriptis peculiaribus titulis eas distinguere, in quibus titulis qualiscunque connexionis atque ordinis rationem habere. Meritò autem Regulæ, quæ in doctrinâ *entis & non entis, esse & non esse, ut & essentia*, occurrunt, primas ferunt & familiariam ducunt; propterea, quod isti termini universalissimi sunt & omnium primi, primumque principium suggerunt, quod Philosophus *IV. Met.* & dicit esse *ἀπασῶν θελοῦσάντων καὶ γινώσκουσάντων τῶν δεχῶν, ὡς ἢ ἐν ἀρχῇ ἢ αὐτῶν ἀδύνατο, σφικτῆριστον & νοτίσσιμον, omnium principiorum.*

in quo fi  
cat etia  
των, να  
tum. I  
bile est,

ENTI

Impe

S  
v  
E

Philos

Post.

negari

ait:

t. 29.

II.

solu

appo

quiri

11.

*inquò fieri nequeat, ut quisquam fallatur. Vocat etiam Φύσειδεχὴν τῶν ἀλλῶν ἀξιοματῶν πρῶτον. natura principium omnium aliorum axiomatum. Id hisce verbis seq. t. 9. proponit: Impossibile est, idem simul esse & non esse. Sit ergò.*

## TITULUS PRIMUS,

continiens.

## REGULAS VI.

*pertinentes ad doctrinam*

ENTIS ET NON ENTIS, τῆς ΕΣΣΕ ΕΤ  
τῆς ΝΟΝ ΕΣΣΕ, UT ET ES-  
SENTIÆ.

## REGULA I.

*Impossibile est, idem simul esse & non esse.*

I.

**S**ub initio *Cap. IV. Lib. XI. Metaph.* hisce verbis exprimitur: *Non contingit, idem uno & eodem tempore esse & non esse. Idem autem est, quod verbis affirmandi & negandi Philosophus enunciat cit. Lib. IV. Met. t. 27 & 1. Post. t. 82. Impossibile est, idem simul affirmari & negari de eod. m. Et quod cit. t. 27. & præc. t. 15. ait: Contradictoria non possunt esse simul vera; & t. 29. Altera contradictionis pars est falsa.*

II. Non tantum autem de esse & non esse absolute, sed de esse etiam & non esse cum quovis appositò Regula intelligenda venit; imo non requiritur exerce verbum substantivum, sed in aliis

X 4

non

non minus locum haber. Quàm impossibile enim est, Petrum simul esse & non esse, tam impossibile est, eum simul esse hominem & non esse hominem, esse album & non esse album, ambulare & non ambulare. Et probatur inde, quòd eadem, ut diximus, cum presenti axiomate sunt: *Impossibile est, idem simul affirmari & negari de eòdem; Contradictoria non possunt esse simul vera.* Atqui sequuntur sunt contradictoria, si dixeris: *Petrus est homo, & non est homo, est albus, & non est albus, ambulat & non ambulat*, atq; si dixeris: *Petrus est & non est.* Equè in omnibus hisce idem affirmatur & negatur de eòdem. Quò facit, quod ex textu 25. cit. L. IV. Met. axioma sic formari potest: *Impossibile est, idem simul ita se habere, & non ita se habere.*

III. Sedulo quoque observandæ sunt quatuor conditiones, quæ I. Elench. c. V. ad vera contradictoria requiruntur, nempe, ut idem dicatur esse & non esse, sive affirmetur & negetur de eodem *ᾠαύτως, eodem modo, καὶ τὸ αὐτὸ secundum idem, πρὸς τὸ αὐτὸ ad idem, & αὐτῶν χρόνον eodem tempore.* Prima conditio, *ᾠαύτως*, requirit, ut termini in utraq; propositionū eundem sustineant significatum. Si enim alter aut uterq; etiam eorum in hac aliter, aliter in illâ sumatur, vera oppositio excluditur, ut si dicas: *Diaboli credunt, Diaboli non credunt*, cum in priori propositione τὸ credere de historicâ, in posteriori de salvificâ fide accipiatur. Altera conditio *καὶ τὸ αὐτὸ*, exigat, ut prædicatum

in utrâ  
eandem  
nō hab  
preher  
prior  
mo, qu  
secun  
condi  
ctus s  
gnan  
plum  
anten  
Æne  
Anch  
press  
mè n  
quan  
secun  
nobis  
jeēla  
verb  
lâ de  
nū su  
fuit j  
si illu  
tem  
IV  
fider  
olim  
con

in utrâque propositione cum subjecto secundum eandem partem & naturam construatur, vel, ut non habeatur respectus ad diversa in subjecto comprehensa. Hinc contradictio non est *Christus fuit prior Abrahamo*, *Christus non fuit prior Abrahamo*, qui illud de Christo secundum divinam, hoc secundum humanam naturam intelligitur. Tertia conditio *ὁμοῦ τὸ αὐτὸ* vult, ut non habeatur respectus ad diversa extra subjectum. Sic non pugnant, si dixeris: *Sex sunt duplum, sex non sunt duplum*, quia duplum sunt respectu ternarii, non autem sunt respectu quinarium; Neque si dixeris: *Aeneas est pater*, sc. Ascanii; *non est pater*, nimirum Anchisæ. Quarta ipsi axiomatici ab Aristotele expressè inserta est; esse autem & priores tres minimè negligendas, testatur cit. t. g. *Lib. IV. Metaph.* quando ait: *Idem simul inesse & non inesse eidem & secundum idem impossibile est, & quæcumq; alia à nobis adungi possunt, ad logicas difficultates sint adjecta.* Quid autem quarta ista conditio sibi velit, verba ipsa ita apertè indicant, ut non indigeant ullâ declaratione. Facit ea, ut istæ: *Imperium Romanum fuit florentissimum, Imperium Romanum non fuit florentissimum*, sibi invicem non adversentur, si illud de tempore Trajani, hoc de posterioribus temporibus loquatur.

IV. Cæterum in quartæ hujus conditionis consideratione non inutile esse existimo referre, quid olim in ventilatione cujusdam disputationis contigerit. Impegerat Opponens collatis inter

se duabus thesibus Respondenti contradictione. Quid respondens? Quia non inveniebat, quò nondum solveret, ne ad silentium redactus, quæ tunc da sumserat, non defendisse videretur reponere alteram thesin prius conscriptam esse, alterâ posteriori; diversitatē autem temporis tollere contradictionem. Quò auditò, Opponens acquiescere.

V. Sed sciendum, duplicem hic attendendam venire temporis diversitatem: una est sermocinationis vel scriptionis, quò scilicet aliquid diverso tempore vel viva voce dictum, vel calamo scriptum sit; altera pertinet ad objectum, sive ad rem ipsam, de qua dicitur vel scribitur. Prior temporis diversitas non tollit contradictionem, neque qui hodiè id negat, quò heri affirmaverat, aut vice versa, à contradictione immunis est, propterea quòd alius atq; alius dies sit, quò idem affirmaverit & negaverit. Quin, si huiusmodi temporis variatio contradictionem impediret aut everteret, nemo sibi ipsi unquam contradiceret; quia nemo duas propositiones, & sic neque contradictorias simul aut linguâ eloqui, aut calamo in chartam cõjicere valet. Posterior igitur tantum temporis diversitas contradictioni inimica est, eamque excludit. Quemadmodum hæc: *Salomo vero cultui divino non fuit deditus, Salomo vero cultui divino non fuit deditus*, si illud intelligatur de anterioribus regni ejus annis, hoc de posterioribus accipiatur, sibi invicem non adversantur, sed utrumq; verum est.

VI.

VI. Veritas, vel alicui con- arguit, aut depon- tione au- quâ scri- illud g. est, or ab 12. t. 21. es, sed q. 60. H. non tan-

VII. Surdum est, quò veniat- num h. negare- cere ve- stimet- men a- do ver- latis f- esse & ractit- ut qu- nuit a-

VI. *Causa autem est, quod repugnantia & in-  
veritate & in falsitate vel de essentia contradic-  
tionis, vel ab eâ inseparabilis saltem est, & quicunq;  
alicui contradiccionem intentat, falsitatis eum  
arguit. Veritas autem & falsitas non sumuntur  
aut dependent à dicente vel scribente, seu à locu-  
tione aut scriptione, sed ab objecto, sive à re, de  
quâ sermonem aut scripturam facimus, secundû  
illud §. 24. c. V. *Categor.* *Ed. quod res est vel non  
est, oratio dicitur vera vel falsa, & X. *Metaph.* cap.  
12. t. 21. Non quia ego dico re album esse, tu albus  
es, sed quia tu albus es, ideo id dicens, verum di-  
co.* Hæc si cognita habuisset Opponens noster,  
non tam impunè ei illudum fuisset à Respondente.*

VII. *Quemadmodum autem aliàs nihil tam ab-  
surdum, ineptum, & ab omni veritate abhorrens  
est, quin aliquando assertorem & defensorem in-  
veniat: ita extitisse olim perhibentur, qui certissi-  
mum hoc & omnium evidentissimum axioma  
negare & fieri posse, ut idem simul sit non sit, di-  
cere veriti non fuerint, quamvis Aristoteles exi-  
stimet, eos, licet verbis id prodiderint, secum ta-  
men apud animum suum non ita statuisse, quan-  
do verbis ex L. IV. *Metaph.* t. 9. supra §. III. al-  
latis subjungit: *Fieri non potest, ut idem quisquam  
esse & non esse existimet, quemadmodû nonnulli He-  
raclitum dicere arbitrantur. Neq; enim necesse est,  
ut que quis dicit, eadem & sentiat, quod etiam in-  
nuit L. Post. t. 76.* Disputat autè prolixè contra eos  
idem*

idem

idem Philosophus, & axiomatis nostri veritatem masculè asserit, in alleg. illo l. IV. Met. c. IV. & seqq.

IX. Quanquam autem principium hoc demonstrari nequit, propterea, quod eò nihil notius, nihil magis fide dignum; opposito autem e jus nihil absurdum, incommodum & impossibile magis sit; πῶς τὸ δὲ sive κατ' ἀνθρώπων, tamen demonstrationem admittit, quatenus, qui id negat, & fieri posse putat, ut quippiam simul sit & nō sit, ex eo, quod ipse asserit, argumento ducto redarguerè possum, quod Aristoteli est ἐλεγχτικὴ ἀποδείξις, & id distinguit ab ipso ἀποδείξις. Sermo ejus alleg. t. 9. hic est; τὸ δὲ ἐλεγχτικῶς ἀποδείξις, λέγω ἀπαφῆσεν, καὶ τὸ ἀποδείξις. ὅτι ὁ ἀποδεικνύων μὲν αἰ δόξει ἐν αἰτεῖσθαι τὸ ἐνδεχθῆναι ἄλλα ἢ ἐστὶν αἰτίαι ὄντων, ἐλεγχτικῶς αὖ ἐστὶν, καὶ οὐκ ἀποδείξις, i. e. Demonstrare autem redarguendo, & demonstrare, hanc ratione differre dico, quod is, qui demonstrat, id, quod initio queritur, petere videri potest. Si autem alia ejus rei causa sit, i. e. Si in argumentatione nō spectentur leges ipsius demonstrationis, sed sola conditio ejus, qui principium hoc negat, & cum quo nobis negotium est, redargutio fuerit, non demonstratio. Supra quæ Aristotelis verba Ernestus Sonerus Professor olim Altorfensis ita commentatur in Ms. Differt autem redargutio à demonstratione, in eo, quod qui vellet demonstrare hoc principium sive ostensivè, sive per impossibile, necessarius petiturus esset principium; ostensivè

sive quid  
gitur ex  
per impo  
hòc ipso,  
modum a  
Qui veri  
potest, &  
surdo; a  
surdum  
ore, res a  
pbrastru  
hoc text  
lavit vi

IX.

Metaph  
isse nega  
licni ex  
riperet  
stro lect  
dubitav  
fuit, ver  
Sycoph  
mentit  
contra  
duo con  
imposs  
rum Ch  
X. I  
esse vol  
refert E



*fidè quidem, quia nihil hóc principio notius; Veligitur ex ignotiori, vel ex aequè ignoto demonstraret: per impossibile, quia nullū majus est incommodum hóc ipso, quare aut ad minus, aut ad aequè incommodum duceret: hoc autem est petere principium. Qui verò redarguit, is ad hominem tantum dicere potest, & satis est, si ille aliud aliquid habeat pro absurdò; ad quodcum ducas, et si reverà minus sit absurdum; idcirco redargui adversarius potest ex suo ore, res demonstrari non potest. Propterea Theophrastus Lib. de affirmatione, citante Alexandro hoc textu, demonstrationem hujus principii appellavit violentam & præter naturam.*

IX. Petrus Hurtadus de Mendozâ disputat. *Metaph. III. sect. III. à nullo unquam homine id fuisse negatum scribit, sed Aristotelem suo more id alieni ex suo cerebro imposuisse, ut inde occasione arriperet illius confirmandi. Atqui repertus est nostro seculo, qui non ipse tantum id negare non dubitavit, sed & orbi Christiano persuadere ausus fuit, veritati fidei id esse inimicum. Scribit enim Sycophanta ille, qui nomen Christiani Israëlita mentitur, in libello quodam famoso, Assert. III. contra Gravverum: axioma illud naturale, quod duo contradictoria non possint simul esse vera, cum impossibile sit, idem simul esse & non esse, neminè verum Christianum posse agnoscere, imò nec debere.*

X. Eam nimirum fidem in populo Christiano esse voluit, qualis Judæis passim in Thalmudo, ut refert Buxdorfius in *Synag. Jud. cap. I. inculcatur.*

tur; nimirum, si duo rabbini inter se contendant & pugnent, ac sermones contradicentes proferrant, non minus credendum esse, utrumque doctrinam suam à Mose accepisse, imò, quæ summa est blasphemia, utramq; sententiam verbum Dei viventis esse.

XI. Nos nò ferendæ impurissimæ scurræ illius impudentiæ, impioq; ac perniciosissimo dogmati paucissimis obviam ibimus: I. Si verus Christianus nec potest nec debet agnoscere axioma hoc *Contradictoria non possunt simul esse vera*, quifacitum est, quod ipse Apostolus istud agnovit ac usurpavit, quando *Rom. XI. 6.* inquit: *Sic igitur & in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ fuerunt. Quod si per gratiam, jam non ex operibus, quandoquidè gratia jam non est gratia. Sin ex operibus, jam non ex gratiâ, quandoquidem opus non est opus.* Apostolum hic pro absurdo & aduersario habere, aliquid esse gratiam & non esse gratiam, esse opus & non esse opus, quæ contradictoria sunt, & isto axiomate, quod contradictoria non sint simul vera, argumentum suum fundare, vel cæcus videt. An ergò verus Christianus non fuit Apostolus, qui axiomate illo naturali fuit usus? An in hoc ab officio electi Dei organi decesit?

XII. II. Si contradictoria possunt simul esse vera, ut quid (1) Theologi desudant in conciliandis iis Scripturæ textibus, qui adversari sibi invicem videntur? (2.) Nihil agunt, dum in disputationibus

nibus  
rios ut  
alteri, s  
vel illu  
gladio  
disputa  
eoq; ut  
vera sit  
scrimin  
admittit

XII  
ctoria  
tamen  
Scriptu  
dogma  
hil ali  
sibi in  
que cr  
lethal  
fide, f  
pturâ

XI  
nec d  
ctoria  
le est  
esse h  
agno  
XV  
tissim

nibus

nibus inter alia etiam hoc telo contra Adversarios utuntur, quod ostendunt, non solum unum alteri, sed eundem sibi ipsi contradicere, imò hoc vel illud eorum dogma seipsum contradictionis gladio jugulare. Imò (3.) è medio tollitur omnis disputatio, ut quæ inter contradictoria versatur, eoq; unice nititur, quod una contradictionis pars vera sit, altera falsa (4.) Admittendæ erunt sine discrimine hærefes & quævis fanatica dogmata, si admittitur, contradictoria posse esse simul vera.

XIII. Dicit: Quamvis statuamus, contradictoria posse esse simul vera, hujusmodi dogmata tamen non esse admittenda, propterea, quod cum Scripturis sacris pugnent. Sed quid est aliquod dogma pugnare cum Sacris literis? Profectò nihil aliud, quam Sacras Scripturas & illa dogmata sibi invicem contradicere. Si igitur & ea vera atque credenda sunt, quæ sibi invicem contradicunt, lethale vulnus non infligeris homini erroneo in fide, si demonstrâris, ejus opinionem cum Scripturâ pugnare.

XIV. Sed cur, quæso, Christianus nec potest nec debet agnoscere axioma hoc: *Dno contradictoria non possunt simul esse vera?* An, quia naturale est? Atqui & id axioma, quod dicit: *Parentes esse honorandos*, est naturale. Ergò à Christiano agnosci nec potest, nec debet?

XV. Ex axiomate præsentî nonnulli Viri eruditissimi, & in Philosophiâ Peripateticâ versatissimi,

com.

communicationem propriorum evertere conatur. Cùm enim secundum *I. Topic. cap. V.* de ratione proprii sit, ut soli insit, manifestam contradictionem involvi credunt, si proprium alteri communicetur. Hòc ipsò enim competet soli, & non competet soli.

XVI. Verùm ipse Philosophus *V. Topic. cap. V. §. 2.* docet, ita proprium esse aliquid alicui, & ipsi soli tribui posse, ut tamen & alteri conveniat, & nimirum uni tribuatur *ὡς πρῶτον*, immediatè & tanquàm subjecto primo, alii *κατ' ἀλλότῃ* πρῶτον mediatè, sive per aliud primum: quemadmodum si quis τὸ *κεχρωσθαι*, coloratum esse, proprium constituit superficièi, illi fraudi non est, quod id corpori quoque insit. Manet enim proprium superficièi, & ei soli competit tanquàm subjecto primo, cùm corpori non primò, sed ratione superficièi insit.

XVII. Communicenturne propria divinæ naturæ, v. g. omnipotentia, omniscientia, cum carne Christi, nec ne, nostrum non est disputare, sed id cathedræ Theologorum relinquimus. Ostendere autem, quomodo pars quæstionis affirmans liberari possit à dicâ contradictionis §. XV. ei scriptâ, nec à nostrò officio, nec ab hoc loco alienum est. Id autem nullo negotio præstatur. Positò enim, propria divinæ naturæ communicata, esse cum humanâ uaturâ, manent nihilominus propria divinæ naturæ, quia humanæ non com-

petunt  
ra, cum  
vinæ nat  
quàm πρ

I. Qu  
proponi  
vera est.  
taph. t. 27  
ria non d

II. Ja  
pium id  
cum præ  
supra cit

III. I  
Qu unic  
III. pro d  
Aristote  
quod cū  
tatem de  
mandun  
argumen

IV. S  
principi  
centibus  
bet duo  
omni me  
primit,  
pe.

pe.

petunt nisi κατ' ἄλλο, nempe ratione divinæ naturæ, cum quâ in unitate personæ subsistit. Soli divinæ naturæ insunt immediatè, per se, & tanquàm πρῶτον.

## REGULA II.

*Quodlibet est vel non est.*

I. Quod verbis affirmationis & negationis ita proponitur: *De quolibet affirmatio vel negatio vera est, I. Poster. 1. 83. III. Metaph. 1. 4. & IV. Metaph. 1. 27.* Ubi & ita profertur: *Inter contradictoria non datur medium.*

II. Javellus *IV. Metaph. Qu. IX.* hoc principium idem planè & eisdem sensus esse statuit, cum præcedenti, cui adstipulatur Mendoza *locò supra cit.*

III. Nos cum Fonseca *Lib. IV. Metaph. c. III. Qu. unicâ Sect. II.* Soario *disp. Metaph. III. Sect. III.* pro distinctis habemus. Quam omninò etiam Aristotelis sententiam fuisse, inde colligi potest, quod cum *IV. Metaph. cap. IV. & seqq.* illius veritatem defendisset, *Cap. VII.* demum hoc confirmandum sibi sumit, tanquàm peculiaris quædam argumenta contra protervos requirens.

IV. Soarii fundamentum est: Cum ista duo principia sint *de esse & non esse*, sive de contradicentibus, & verò in contradicentibus quibuslibet duo reperiantur, *repugnantia, & quod careant omni mediò*; prius principium repugnantiam exprimit. Significat enim esse & non esse, sicut &

qualibet contradicentia repugnare sibi invicem neque simul stare, & de eodem vera esse posse. Posterioris verò sensus est, contradicentia mediæ omni carere, neque simul de eodem falsa esse. quod & Aristoteles docet, quando in principio *Cap. VII. Lib. IV. Metaph.* ait: *At verò neque inter contradicentia quicquam medium est, sed neutrum est, unum de uno affirmare aut negare;* & , duo contra negantes hoc principium argumentatur. probat, inter contradicentia non dari medium. Ista duo autem, nempe *contradicentia proprie inter se, & medium nullum admittere*, diversa esse probat, Suarez ex eò, quod illud commune sit omnibus oppositis, hoc autem proprium contradicentibus.

V. Regerit Mendoza I. Illud principium: *impossibile est, idem simul esse & non esse*, docente Scotiò, significat repugnantiam contradictoriorum. Hoc verò, *Quodlibet est vel non est*, eorum immediationem, ut ipse loquitur. Sed repugnantia contradictoria & immediata oppositio sunt formaliter idem. Ergò & illa principia sunt formaliter unum.

VI. II. Repugnantia, ut duo conceptus sint & non sint, significat, utrumque conceptus existere non posse. Item significat, utrumque non posse simul existentiam carere. Sed hoc est alterum eorum necessariò esse vel non esse. Ergò illa duo principia sunt unum.

VII. Aoria M  
tia imme  
esse, quis  
esse illa  
immedi  
diata est  
ter aliud  
tium per  
mediatio  
si per im  
tia admi  
nus inte  
contrari  
riis (loq  
venit. E  
trariar  
neutræ  
contrar  
centibu  
immedi  
Contra  
se, ut ha  
omnibu  
conting  
fa esse  
quam o  
one ma  
IIX.

VI

VII. Respondeo ad . Repugnantia contradi-  
 ctoria Mendoza nihil aliud est, quam repugnan-  
 tia immediata. Hôc modô illa formaliter idem  
 esse, quis negaverit? Dico tamen, formaliter aliud  
 esse illam repugnantiam contradictoriam sive  
 immediatam, ut repugnantia est, aliud, ut imme-  
 diata est: quod idem est, ac si dicamus, formaliter  
 aliud esse ipsam repugnantiam contradicen-  
 tium per se consideratam, aliud esse eorum im-  
 mediationem. Idq; vel inde perspicitur, quod,  
 si per impossibile, ut loqui solent, contradicen-  
 tia admittent medium, nihil impediret, quò mi-  
 nus inter se pugnarent. 2. Quod repugnantia  
 contrariorum, ut repugnantia est, ipsis & contra-  
 riiis (loquor de propositionibus) æqualiter con-  
 venit. Est enim repugnantia propositionum con-  
 trariarum tanta, quanta contradictoriarum, cum  
 neutra simul vera esse possint? est item omnibus  
 contrariis æquè communis, atque est contradi-  
 centibus. At immediatio sive repugnantia, ut  
 immediata est, non convenit illis æqualiter.  
 Contradictoriis enim competit omnibus & per  
 se, ut habetur *I. Poster. t. 13.* Contrariis vero non  
 omnibus, & per accidens, quoniam in materiâ  
 contingenti medium habent, & utraq; earum fal-  
 sa esse potest. Quod autem careant non nun-  
 quam omni mediô, per accidens est, quia fit rati-  
 one materiæ necessariæ, ut explicat Thomas.

II. Ad II. Multis probat Mendoza Mino-

rem, sed in Majore manifesta occurrit petitio  
jus, quod est in principio, ut vel ex contrariis  
privativè oppositis patet. Nam *videre*, & *cæcus  
esse*, sunt duo conceptus, quibus repugnant *simul  
esse* & *non esse*, nimirum in eodem; possunt  
men simul existentia carere, scilicet in eodem  
cum lapis nec videat, nec cæcus sit.

IX. Dicat aliquis, istam propositionem  
*Quodlibet est vel non est*, non tantum significat  
*esse non esse* mediò carere, sed etiam ea pugnat  
propterea, quod, nisi pugnant, non rectè  
diante particula disjunctiva *vel* enunciarentur  
quemadmodum non rectè diceret, quodlibet  
*esse album & dulce*, propterea, quod *album & dulce*  
respectu subjecti non pugnant, sed eidem in  
se possunt, sicut & *lacti* ambo simul insunt.

X. Demus, isthæc vera esse, adhuc tamen  
distincta manent nostra principia. Concluditur  
sic:

Quæcunque propositio tantum significat  
*tradiçtoria pugnare*, illa sensu diversa  
ab ea, quæ vel tantum significat, *ea imm  
ata esse*, vel, *ea immediata esse & pug  
simul*.

Atqui hæc propositio: *Impossibile est, idem  
mul esse & non esse*, tantum significat  
*tradiçtoria pugnare*; altera verò: *Qu  
bet est vel non est*, vel tantum significat  
*esse immediata*, vel utrumque simul, nec



*& immediata esse, & pugnare, quemadmodum ex hactenus dictis constat.*

*Ergò sensu diversa sunt.*

XI. Quod si quis hoc loco expetat principium ab illo priori: *Impossibile est, idem simul esse & non esse, ita diversum, ut, sicut illud solam repugnantiam exprimit; ita hoc solùm carentiam mediisignificet, istud hoc modo formari poterit: Impossibile est, idem neq; affirmari, neque negari de eodem, Contradictoria non possunt simul esse falsa.*

XII. Cui doctrinæ subscribit Julius Pacius in *I. Poster. t. 2.* dum inquit: *Est autem principium omnibus scientiis commune, contradictionis unam partem esse veram, alteram falsam. Hoc principium quamvis unum videatur, tamen duabus partibus constat, & in duo principia dividitur, nempe affirmatio & negatio non sunt simul vera, & non est utraq; simul falsa.*

XIII. Sed missis tandem his, videamus, quomodo Johannes Picus Mirandula in *Lib. de ente & uno Cap. III. & IV.* & eum sequutus Didacus Masius in *Tract. de Transcendentibus*, de hac Regulâ philosophentur. Docent, ens dupliciter sumi: primò, pro omni eo, quod est extra nihil, sive, quod non est nihil. Quod Masius ita explicat, ut asserat, voce entis sic acceptâ tùm id venire, quod est, tùm id quò aliquid est; & sic ipsum esse quoq; esse ens. Secundò, pro concreto, sive ut Picus loquitur, ut concreti nominis faciem habet, &

esse id, quod ipsum esse participat : quemadmodum  
 e, c. candidum non est ipse candor, sed quod can-  
 dorem participat. Ipsum autem *esse*, quod pro ab-  
 stractō habent, negant sic esse ens, cum seipsum  
 non participet, nec, ut Mafius explicat, sit id, quod  
 est; sed id, quō aliquid est. Si jam ens sumatur in  
 primā significatione, nullum dari medium inter  
 ens & non ens statuunt, sed verum esse pronun-  
 atum Metaphysicū, de quālibet re necessariō dē-  
 ci, esse eam, aut non esse; de nullā verō ambo si-  
 mul. In posteriori autem acceptione non esse  
 verum axioma, sed reperiri aliquid, quod neque  
 sit ens, neque non ens, nempe ipsum *esse* abstra-  
 ctum. Quod autem ipsum *esse* non sit ens, inde  
 patet, quia *ens* est concretum, & tantum id, quod  
 est; *Esse* verō non est concretum, neq; id quod est,  
 sed id, quō aliquid est. Quod verō neq; sit non ens,  
 ex Mafio hoc argumentis probari potest :

Quidquid est non ens, est nihil.

Sed *esse* non est nihil.

E. non est non ens.

XIV. Nos de ipsā distinctione, §. præced. tra-  
 ditā, per se jam non sumus solliciti, sed eā stantē,  
 quidquam in rerum natura inveniri aut cogitari  
 posse, quod inter ens in posteriori significatu, &  
 ei oppositum non ens interjectum, neque ad neu-  
 trum horum extremorum referendum sit, nega-  
 mus, asserimusque, *esse* sub non ente comprehen-  
 di, & hanc enunciationem : *Esse non est ens, esse ve-*

ram.

ram. Qu  
 jiciunt, c  
 prædicat

XV. n  
 nullam &  
 ens, esse f

stri axion  
 tionibus

vel earum  
 illæ enun

utraq; si  
 tradicen  
*Esse est e*

ipli eunt  
 veram.

XVI. Major, q  
 ori, no  
 quod el

mirum  
 enti in  
 quid ell

sionem  
 nunc su

XVII. adhuc  
 idem  
 tam lat

reale, s

*ram.* Quo jure igitur istam: *Esse est non ens*, re-  
jiciunt, cum à negante finitâ ad affirmantem de-  
prædicatô infinitô legitima sit consequentia?

XV. Sed posito, dictam consequentiam esse  
nullam & utramq; harum: *Esse est ens*, *esse est non*  
*ens*, esse falsam, nihil id derogat universalitati no-  
stri axiomatis, quoniam id loquitur de enuncia-  
tionibus contradicentibus, in illis dari medium,  
vel earum utramq; falsam esse, negans. At duæ  
illæ enunciationes non sunt contradicentes, cum  
utraq; sit affirmativa, licet sint de prædicatis con-  
tradicentibus. Quod attinet has contradicentes:  
*Esse est ens*, *esse non est ens*, inter eas medium dari  
ipsi eunt inficias, cum concedant, posteriorem  
veram, priorem falsam esse.

XVI. In argumento §. XIII. allato negatur  
Major, quia *nihil* opponitur enti in priori & lati-  
ori, non in posteriori & angustiori significatu,  
quod elucet exiis, quæ in *illô* §. antecedunt, ni-  
mirum dictione, hæc acceptâ ita, ut opponitur  
enti in secundâ notionè. Potestque inde ali-  
quid esse non ens, ut non sit nihil; quam respon-  
sionem pluribus deducere possemus, sed, hæc  
nunc sufficient.

XVI. Id hîc, antequàm ad alia progrediamur  
adhuc notari volumus: in priori Regula vocem  
*idem*, in hac secunda autem vocem *quodlibet*  
tam latè esse extendendas, ut non solum ad ens  
reale, sed etiâ ad quodlibet, quod verbis exprimi,

aut mente concipi potest, porrigatur. Quicquid enim mente concipi potest, ut *Chimera*, *Hippocentaurus*, *mons aureus*, *σύνθετος*, illud est, non est, est homo, vel non est homo; neque de eod. dici potest, quod simul sit & non sit, simul sit homo & non sit homo.

## REGULA III.

*Omne, quod est, quando est, necesse est esse: & omne, quod non est, quando non est, necesse est non esse, Aristoteles*

*ωβ. equ. c. IX.*

I. Dicis: Si omne, quod est, necesse est esse, & quod non est, necesse est non esse, sequitur, in rebus non dari contingentiam, sive nihil esse vel non esse contingenter.

II. Resp. Necessitas est duplex: absoluta, & immutabilitatis ex suppositione. Necessitas absoluta, secundum Gabrielem III. dist. XVI q. I. est, cujus oppositum includit contradictionem. Absolutam necessitatem, inquit Pererius *Lib. IX. de communibus rerum naturalium principis & affectionibus cap. XIII.* voco eam, quæ simpliciter convenit ex naturâ suâ & secundum omnes temporis differentias, ut, hominem esse animal, absolute necessarium est, quia oppositum ejus, nempe hominem non esse animal, implicat contradictionem. Esse animal enim est ipsa natura hominis, & nullâ temporis differentia potest ipsi non conveni-

venire, tione d ter, si e quâ hy gr. Pe positô gredi.

III. imutabil tingen esse, cu fe ebrri esse, a positô test e esse, a iam e est. Al positô Sic co tamer necess

IV. posse est: o mnen negat Non & om

venire. Necessitas immutabilitatis ex suppositione dicitur, cū aliquid convenit rei contingenter, si ejus natura in se spectetur, factā tamen aliquā hypothesi, non potest ipsi non convenire. V. gr. Petrum progredi, simpliciter est contingens, positō tamen, quod currat, necesse est ipsum progredi.

III. Jam dico, Regulam loqui de necessitate, immutabilitatis ex suppositione, quæ stat cum contingentiā: contingens est Petrum esse, aut ebrium esse, cū oppositum, ipsum non esse, aut non esse ebrium, non implicet contradictionem, neque esse, aut ebrium esse, ipsi ex naturā suā competat: positō tamen, ipsum esse, aut ebrium esse, non potest eō ipsō tempore, quō est, aut ebrius est, non esse, aut non ebrius esse, sed necessario est, aut etiam ebrius est. Idem dicendum de eō, quod non est. Aliquid, quod non est, contingens est non esse: positō tamen, quod sit, necesse est ipsum non esse. Sic contingens est, Petrum nō esse ebrium, positō tamen, quod hōc vel illō tempore non sit ebrius, necesse est ipsum tunc non esse ebrium.

IV. Ad Argumentum respondeo: Antecedens posse bifariam intelligi: I. in sensu diviso, qui hic est: *omnem rem, quæ non est, necesse est esse; & omnem rem, quæ non est, necesse est non esse.* Et sic negatur antecedens, neque id dicit nostra Regula. Non enim ita sonat: *omne quod est, necesse est esse; & omne quod non est, necesse est non esse; sed ita:*

Y 5      omne

omne quod est, quando est, necesse est esse; & omne quod non est, quando non est, necesse est non esse. Item ferè verbis pro explicatione utitur Aristoteles, quando licet ait: Ergo quod est, necesse est esse, quando est; & quod non est, necesse est non esse, quando non est. Verum nec necesse est esse, quicquid est, nec necesse est non esse, quicquid non est. Quoniam quicquid est, ex necessitate esse, quando est, non idem valet, quod simpliciter ex necessitate esse. Idem dicendum est de eò, quod non est. Hæc Aristoteles.

II. In sensu compositò, qui hic est: omne quod est, quatenus est, vel posito quod sit, necesse est esse. Et, omne quod non est, quatenus non est, vel posito quod non sit, necesse est non esse. Et sic antecedens verum est, sed negatur consequentia, quia illa necessitas non est absoluta, sed hypothetica sive ex suppositione, quæ contingentiam non excludit.

## REGULA IV.

*Non entis nulla sunt predicata.*

I. Præmittimus duo: I. per non ens intelligi id, quod non est vel existit, sive ut loqui amamus, quod non datur, quemadmodum voce *Ens* id nobis venit, quod existit, vel actu est in rerù naturâ. Ita lupus est ens; quod si, uti in Angliâ genus luporum prorsus est abolitum, ita nec in reliquis omnibus orbis terrarum partibus ullus reperiretur, lupus esset non ens. Sic dies extremus jam est non ens, futurum autem aliquando est, ut sit ens.

II.

II.  
catum  
ra. De  
si dixer  
multa  
lapis.  
per pra  
Parte C  
Regula  
nihil v  
quid d

III.  
ceret t  
vera:  
Essent  
quò te  
est dic

IV.  
essenti  
denta  
esse pr  
est hor  
tioner  
tioner  
tar, q  
petua  
gaud  
bus p  
ea, qu

II. II Nomen prædicati hic denotare prædicatum enunciationis affirmantis, & quidem verè. De non entibus enim multa verè negantur, ut si dixeris, *sideroxylon non est homo, non est lapis*: multa falsò affirmantur, ut *sideroxylon est homo, est lapis*. Vide, quæ de verbò *κατηγορεῖσθαι*, quod per prædicari exponi solet, commentati sumus I. Parte Quæst. Logicarum I. §. 8. & 9. Sensus igitur Regula est: *de non ente, sive eo, quod non existit, nihil verè affirmari potest; vel, enunciatio, quæ aliæ quid de non ente affirmatur, est falsa.*

III. Verum Regulae adversatur, quod si deficeret tota luporum natio, propositio hæc esset vera: *Lupus est animal, est quadrupes, est fera*. Essent igitur hæc alicujus *non entis* prædicata. Sic, quò tempore nullum Luna est deliquium, verum est dicere, *Eclipsis lunæ est privatio luminis.*

IV. Adhiberi solet distinctio inter prædicata essentialia, vel saltem necessaria, & inter accidentalialia & contingentia, & docetur, non entium esse prædicata prioris generis. Ita hæc: *Socrates est homo, homo est animal*, ante mundi constitutionem veras fuisse statuunt. Sunt enim enunciationes essentialia, & aliæ, quæ necessaria dicuntur, quòd consent prædicatis essentialibus, perpetuæ veritatis, quò jure eas non putant posse gaudere, si subjectis corruptis aut non existentibus prædicata non competant. Ex quibus liquet, ea, quæ S. III. prolata sunt Regulam non evertere.

V. Vc

V. Verùm ne de accidentibus quidem, siue iis, quæ contingenter eum subjectis coherent Regula veritas sua constare videtur. Sanitas enim ab ægrò desideratur, & eclipsis, quando adhuc futura est, verè præscitur. Similiter si omnes lupi fuerint ex universò orbe sublatis, hæc enunciatio. *Lupus est species*, vera est, suntque hæc omnia prædicata accidentia, & contingenter subjectis tribuuntur; cùm tamen lupi, factâ illâ hypothesi, non sint, nec existat eclipsis, quando futura est, nec sanitas, dum ab ægrò desideratur.

VI. Dicendum, Regulam valere de accidentibus denominantibus intrinsecè, ut, quoniam purgatorium non est, neq; calidum esse potest, neque frigidum. Huc pertinet, quod ait Philosophus *IV. Metaph. t. 16. Ea, quæ non sunt, quò patèò loquentur aut ambulabunt?* Non autem valet de denominantibus extrinsecè ab actu intellectus, phantasiæ aut appetitus &c. Quia enim aliquid objectum istarum facultatum esse potest, etsi non existat, vel, quod idè est, quia hæc facultates possunt exercere actus suos circa res non existentes, (potest enim intellectu & imaginatione cognosci, & ab appetitu amari & desiderari id, quod nō est) idè ab iis & earū actibus denominari quoq; aliquid potest, etsi non existat. Amari & desiderari, ut & præsciri & præscitum esse, sunt prædicata extrinsecè denominantia: illa quidem ab actu appetitus, hoc verò ab actu intellectus. Sunt enim amor & de si.

desideratur & præscitur. Eiusdem quæ intelligitur. VI. universi in rebus hæc neque etiam spon-species. Summus sunt set facta que ergo mni ad esse est, com I cè a tus,



desiderium non in sanitate aut aliâ re, quâ amatur & desideratur, sed in amante & desiderante: præscientiâ non in eclipsi, sed in Mathematico. Eiusdem farinae de communi & vulgari sententiâ, quâ universalialia esse suum non nisi per operationem intellectus obtinere statuit, est denominatio speciei, extrinseca videlicet, à jam dictâ operatione.

VII. Dixi autem de vulgari sententiâ. Qui enim universalialia, qualia sunt genus & species, statuunt in rebus consistere sine operâ mentis, iis responsio hæc eâ parte, quâ speciem concernit, satisfacere nequit. Positò igitur, universalialia, & sic speciem etiam, consistere citra mentis operationem, respondendum est, hanc prædicationem: *Lupus est species*, non esse contingentem, sed necessariam. Sumitur in eâ subjectum *lupus*, non pro inferioribus suis, quæ non nisi individua sive singularia, sunt: hoc modò enim prædicatio non tantum esset falsa, sed etiam *κατὰ ἀδυναμίαν*, cum fieri nequeat, ullum individuum esse speciem. Sumitur ergò simpliciter, nempe pro lupò abstractò ab omnibus singularibus, & quidè tantum pro abstractò. Fieri autem nequit, lupum sic acceptum non esse speciem, indeque illa propositio necessaria, est, & §. V. perperam refertur inter enunciationes contingentes.

IX. Dixi etiam, de denominantibus extrinsecè ab actu intellectus, imaginationis vel appetitus, &c. non valere Regulam, quia eorum, quæ  
ex-

extrinsecè denominant à sensibus externis, aut alijs etiam rebus, alia est ratio. Talia enim accidentia non tribuuntur non entibus. Ita sequitur: *hoc non est. Ergò non videtur, non auditur*; quoniam nimirùm sensus externi percipiunt solum objecta actu existentia. Ita si ignis non esset, non posset dici calefaciens, (quæ denominatio est extrinseca; calefactio enim, quæ est forma, per quæ calefaciens dicitur, non est in igne, qui calefacit, sed in patiente v g. in aquâ, quæ calefit,) quoniam agere præsupponit esse.

IX. Distinctionem hanc circa præsentem regulam insinuavit ipse Philosophus *cit. t. L. IX. Met.* his verbis: *Videtur actus esse motus maximè. Unde fit, ut non entibus, sive iis, quæ non sunt, motus tribui non solet, sed alia quedam prædicata, ut quod sint intelligibilia & appetibilia, moveri autem non dicuntur, idque propterea accidit, quod actu non sunt, sed actu futura sunt.*

X. Deinde dicendum, non valere Regulam in accidentibus purè negativis, quale est *non sedens*. Cùm enim inter contradictorios terminos, ut inter *sedens* & *non sedens*, non detur medium, sed necesse sit, de quolibet, sive sit, sive non sit, ut de Socrate, alterum verum esse, alterùm falsum, & verò falsum sit, si dicas: *Socrates est sedens*, necesse est, verum esse, si dicas: *Socrates est non sedens*. Ita Aristoteles §. 15. c. X. *Categor.* Eadem ratio est aliorum omnium.

XI. Dixi autem in purè negativis, quia privati-

vorum  
privati  
termini  
etiam  
cæcus  
intrin  
oppon  
& sic ip  
sunt, u  
vario  
est ext  
XII  
va, nisi  
nent e  
titu, p  
Cu

Atqu  
acc  
sed  
ut  
E. no  
op  
de  
na

vorum eadem est ratio, quæ positivorum. Nam privativorum quædam sunt talia, ut opponantur terminis denominantibus intrinsecè, & sic ipsa etiam intrinsecè denominantia dici possunt. Ut cæcus opponitur videnti, quod est concretum, intrinsecè denominans. Quædam sunt talia, ut opponantur terminis denominantibus extrinsecè & sic ipsa etiam extrinsecè denominantia dici possunt, ut incognitum. Cognitum enim, cujus privatio est incognitum, dicitur à cognitione, quæ est extra id, quod cognoscitur.

XII. Jam nõ entis nulla esse accidentia privativa, nisi termini illi, quibus opponuntur, denominent extrinsecè ab intellectu, phantasiâ, vel appetitu, probo:

Cui non potest competere aliquod prædicatũ accidentale positivum, quod dicitur habitus, ei etiam non potest tribui terminus privativus illi oppositus, quia privativum non potest tribui nisi subjecto capaci habitus.

Atqui non enti non potest competere prædicatũ accidentale positivũ non denominans extrinsecè ab intellectu, imaginatione vel appetitu, ut patet ex supra dictis.

E. non enti non potest tribui terminus privativus oppositus prædicato accidentali positivo, non denominanti extrinsecè ab intellectu, imaginatione vel appetitu.

XIII.

XIII. Dixi autem, nisi habitus eorū denominent extrinsecè ab intellectu, imaginatione vel appetitu, quia si habitus sive termini, quibus privativa opponuntur, denominent extrinsecè ab hisce facultatibus, possunt tribui non entibus, sicut extremus dies, qui nec est, nec fuit, rectè dicitur incognitus, quatenus nescimus, quando futurus sit.

XIV. Dicis: Mortuum importat privationem habitus intrinsecè denominantis, nempe vitæ sive viventis, & tamen dicitur de non ente. Quod enim mortuum est, non existit.

XV. Resp. Nulla sunt accidentia ejus, quod non est, scilicet eo tempore, quod per verbum vel prædicatum, aut utrumque indicatur, vel, quod eodem recidit, ut alicujus sint aliqua accidentia, oportet, ut id sit in rerū naturâ, tempore per prædicatum vel verbum, aut utrumque etiam significato. Nimirum quando neutrum, id est, nec prædicatum nec copula, importat vel præteritum vel futurum tempus, tunc necesse est, subjectum esse in præsentis, ut ipsi verè possint illa accidentia tribui, observatis tamen iis, quæ commentati sumus.

XVI. Si verò alterum, vel utrumque sit præteriti aut futuri temporis, oportet, ut subjectum existit in præterito, aut existat in futuro, nec requiritur ut sit in præsentis. Sic Turnus jam non est, verè tamen ipsi tribuitur hocce accidens, quod sit victus ab Æneâ, quia nempe victus, est temporis

præ-

præteriti  
eò tempore  
sicio. Di  
stante, q  
tempore  
sicio, nem  
ergò ut j  
jam sit,

XVI  
notari v  
ter temp

gnifican  
ciunt,  
quiritur  
gnificati  
quocumq  
significa  
tam.

stæ, vel  
quæras e  
psum po  
tis nulla  
fuit. vel

ter. Ue  
in præse  
existat,  
tus.

XIX

pœnitæ

præteriti. Sufficit Turnum aliquando, & quidem eò tempore, quo v. c. us est, fuisse. Sic ista propositio, *Dies extremus erit terribilis*, vera est, non obstante, quod jam non est, quia verbum est futuri temporis. Atque hinc patet solutio dubij propositi, nempe mortuus est præteriti temporis. Non ergò ut jam aliquis dicatur mortuus, requiritur, ut jam sit, sufficit, quod aliquando fuerit.

XVII. Duo, antequàm hinc abeamus, adhuc notari volumus. I. Esse quædam verba, quæ præter tempus, quod more aliorum verborum adsignificant, significatione suâ certum tempus respiciunt. Illa igitur ut de aliquo prædicentur, requiritur existentia ejus in illo tempore, quod significatio eorum respicit. V. g. verbum *pœnitere*, quocumque ipsum tempore proferatur, respicit significatione suâ tempus præteritum, vel rem factam, vel reverâ, vel ex opinione saltem. Hic si quæras ex aliquo, qui hâc in re innocens sit, an ipsum pœniteat furti, rectè responderit: *Non enim nulla sunt accidentia. Furtum meum nullum fuit, vel furtum non commisi. E. ejus me non pœnitent.* Ut alicui pœnitentia alicujus rei tribuatur, in præsentem, non requiritur, ut ea res in præsentem existat, cum pœnitentia importet actum appetitus.

XIIX. Dicis: Fieri potest, ut aliquando me pœniteat ejus, quod futurum, & factum nondum

Z

sit

fit. Respondeo: necesse est, ut, cujus te aliquando poeniteat, præteritum sit & factum, respectu ejus temporis, quo te poenitere dicitur. Quod jam nondum factum est, nondum tibi etiam poenitentia tribuitur.

XIX. II. Quæ denominant extrinsecè ab actu alicujus illarum facultatum, de quibus §. præcedit & supra §. VI. & si quæ alia est, cujus actus non requirit existentiam objecti, posse prædicari de non ente non solùm in illa ejus significatione, ut si dicitur non ens, quod non est, cum possit esse, sed etiam, quâ sumitur pro eo, quod nec est, nec esse potest. Imaginari namque, cognoscere & velle impossibilia possumus. Voluntas enim est impossibile. III. *Eth. c. II.* & imaginamur ea, quæ volumus, III. *de animâ c.*

III. Quod si voluntas impossibile est. E. & intellectus.



DI

contin  
tia en

Proæn

Reg. I.

II. Quæ

III. Quæ

m

esse.

IV. N

V. Ess

VI. E

VII. N

DISP

AG

Reg. I.

val

II, A

let